

XI, 8^c.



4

CATALOGVS PLANTARVM

IN PRIMIS
EXOTICARVM
HORTI ACADEMICI
WITTENBERGENSIS

In usum Auditorum

iuxta seriem alphabeticam
adornatus

AB

ABRAHAMO VATERO
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PVBL.
ANAT. ET BOTAN. SVBSTITVT.
VT ET NAT. CVR. COLL.



WITTENBERGAE

APVD VIDVAM GERDESIAM. 1722.

CATALOGVS
PLANTARVM

IN PARSIS

EXOTICARVM

HORTI ACADEMICI

WITTENBERGENSIS

In usum Auditorum

Ab

Ab

Ab

ARRHAMO VATERO

PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBL.

ANAT. ET BOTAN. EXPOSITIV.

WITTENBERGAE



WITTENBERGAE

ANNO MDCCCXXXIII



ILLVSTRISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DN. JACOBO
HENRICO
S. R. I. COMITI
DE
FLEMMING
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
POLONIARVM REGIS ET SAXONIAE
ELECTORIS ETC.

IN MAGNO DVCATV LITHVANIAE
PRIMO STABVLI PRAEFECTO, COPIA-
RVM REGNI POLONIAE, AD MOREM GERMANO-
RVM INSTRVCTARVM PRIMARIO DVCTORI, EX-
ERCITVS SAXONICI ELECTORALIS CAMPI MARE-
SCHALLO, CONSVLTATIONVM SECRETIORIS
CONCLAVIS MINISTRO DIRECTORI, ET CON-
SILII BELLICI PRAESIDI

) 2

VNIVS


VNIVS VEXILLI HASTATORVM POLO-
NICORVM CENTVRIONI, DVARVM LEGIONVM
PRAETORIANORVM POLONICAE NATIONIS TRI-
BVNO, NEC NON VNIVS ALAE EIVSDEM NATIONIS
EQVITVM, QVALES DRACONES VULGO VOCANT,
COLONELLO. IN DVCATV POMERANIAE VLTE-
RIORIS ET PRINCIPATV CAMMINENSI MARE-
SCHALLO HEREDITARIO, ET DOMINO CASTRENSI
IN MARTENTIN ET BOEK, ORDINIS MELITENSIS
DESIGNATO COMMENDATORI IN LAGOVIA ET
SVPLINBVRGO, SIMVLQVE ORDINVM AQVILAE
ALBAE, ELEPHANTINI, ET S. ANDREAE
EQVITI.

DYNASTAE IN WOLCZIN, SCHWERTA
SVPERIORE ET INFERIORE, BURCKERSDORF,
VOLCKERSDORF, ET LICTEWALDA
ETC.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

ILLV-

ILLVSTRISIME
COMES,
DOMINE AC MAECENAS
LONGE GRATIOSISIME,

antam uix in floribus
admirari licet, forma-
rum elegantissima-
rum, colorum pul-
cherrimorum odorumque sua-
uissimorum uarietatem, at ea est
):(3 im-

immensa! quantum uirtutum emi-
nentissimarum, mutua aemulatio-
ne de principatu inter se certanti-
um, numerum animo TVO, CO-
MES ILLVSTRISIME, com-
plexus es uastissimo. Tanto ego
Nomini praesentem Horti Wit-
tembergensis Academici Catalo-
gum, demissa animi ueneratione
consecrandum esse, duxi, probe in-
telligens, a nullo, quam abs TVO,
plus splendoris ac praesidii, quo
ipse destituitur, eidem accessurum.
Ignoscas propterea, rogo, HE-
ROS EMINENTISIME, auda-
ciae atque temeritati meae, et per-
sua

suasus sis, obsecro, nullam aliam hu-
ius instituti extitisse causam, quam
ut TIBI, Supremo **REGIS**
CLEMENTISSIMI
Status Administro, meorum qua-
lium qualium conatum, red-
derem rationem. Neque mi-
nus gratitudinis stimulus impulit
me ad scribendum, ut meae erga
TE pietatis, cultus, et ob in me
collatos beneficiorum summo-
rum cumulos, animi gratisimi
deuotissimique, extaret pignus
et monumentum perpetuum.
Age, **ILLVSTRIS-SIME CO-**
MES,

MES, serena fronte et propitia
uoluntate, leuissimam hanc pa-
ginam excipias, eamque non
minus, quam me, gratiosissimo
TVO praesidio frui permittas,
qui sum

ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMOQVE
NOMINI TVO

Wittembergae d. 1. Decembr.
M DCC XXI.

*Cliens, cultor,
Seruus deuotissimus*

ABR. VATER, D. et P. P.



PROOEMIUM.

LECTORI CANDIDO,

SALVTEM.

Hortorum in uniuersum, sigillatim Medicorum, alendis plantis exoticis rarioribus destinatum, cultura ut ex uoto succedat, plura sane requiri uidentur, quibus destitutus Botanophilus, spe sua faepissime excidit. Sumptus equidem necess-

A

ces-

PROOEMIUM.

cessarii, iique haud exigui, hortulanus
 peritus, locus conueniens, sat capax
 et amplus, isque sole meridiano probe
 collustratus, et aeri expositus liberiori,
 talia sunt, ut neminem fugiat, ea, uti in
 omnibus, ita praecipue in hortis Medi-
 cis instruendis, et conseruandis adeo ne-
 cessaria esse requisita, quibus penitus
 carere nequeamus. Ante omnia hos
 instructos esse oportet hybernaculis,
 hortisque Adonidis, fenestris munitis,
 ac caldariis, tepidariisque rite dispositis
 gaudentibus, quibus herbae teneriores
 non tantum a frigore defendi, sed et flos
 fructusque, unica Botanices promouen-
 dae criteria, ad maturitatem produci
 queant. Praeterea nostro hoc seculo
 tot nouae, e diffitis quibusuis orbis ter-
 rarum regionibus, terra marique affe-
 runtur plantarum species, ad quas ob-
 tinendas, opus quam maxime est com-
 mercio, cum diuersarum nationum Bo-
 tanicis celebrioribus, literario. At e-
 nim uero, his licet positis, plurimum quo-

PROOEMIUM

quoque pendet a climate, tempestate,
 et aeris coelique constitutione, qua mi-
 nus fauente, plantae calidiorum regio-
 num deliciores pereunt facile, et in-
 terimuntur. Non disquiram in praesen-
 ti, quid quantumue requisitorum, antea
 enumeratorum in horto nostro Acade-
 mico adsit, uel desideretur, exponen-
 dum mihi nunc est potius, quid in eo
 ornando amplificandoque haecenus sit
 praestitum. Notum magis est, quam
 ut a me diulgari debeat, quam felici
 auspicio Celeberrimus Heucher, Con-
 siliarius et Archiater Regius, hortum
 illum exornauerit, et copiosissimis
 exoticorum rariorum accessionibus lo-
 cupletarit, de quo Index, nouique
 Prouentus, ab Ipso in lucem editi, suf-
 ficiens ferre poterunt testimonium.
 Neque ullus relictus est dubitandi lo-
 cus, quin labore et studio laudati
 Viri, ut et, qui uestigia Eius pressit,
 B. Brendelii, hortus noster splendidi-
 orem prae se ferret faciem, nisi utri-
 A 2 usque

PROOEMIUM.

usque laudabiles conatus fuissent interrupti. Illum enim Personae Sacratissimae Regis Clementissimi cura, omnibus aliis negotiis anteferenda, postulavit, Hunc mors praematura nobis eripuit. Ea re permotus Rex Potentissimus, pro ea, qua hanc Musarum sedem fovet, gratia atque clementiae, Heucherum suum Academiae reddidit, et administrationem horti Eidem denuo tradidit, meque Illius vicem gerere, voluit clementissime, atque iussit. Non levis igitur affulget spes, fore, ut hortus noster plura subinde capiat incrementa, novosque plantarum variarum in posterum exhibeat proventus. Quod ut ex animi sententia peragatur, catalogum in praesenti luci exponendum esse, duximus, non eo quidem animo, quod nostra magni faciamus, et de apparatu non adeo insigni gloriari uelimus, sed ut intelligant alii, quid desideretur, quibusque nostram subleuare possint inopiam. Omnem quidem

PROOEMIUM.

dem ab eo tempore, quo prouincia haec demandata mihi est, moui lapidem, ut defectus, quibus laboramus, resarcirem, numerumque plantarum exoticarum, nouis accessionibus auerem. Nec in eo me penitus infelicem praedicare possum, qui semina non pauca ex Gallia, Anglia, Bataua, atque Polonia, aliisque regionibus, obtinui, quae singulari haud dubie horto nostro fuissent ornamento, nisi aeris inclementia, praeterita aestate plantis non minus, quam hominibus infida, et molesta, maxima nos earum parte orbasset. Non possum tamen non publicas hic reddere gratias Viris Clarissimis, et de orbe literato, ac Republica optime meritis, Domino Antonio de Iussieu, Botanico Regio Parisiensi exquisitissimo, atque Domino Rittmeyerò, Doctori Medico apud Amstelodamenses dignissimo. Horum enim liberalitate, ex istorum locorum hortis, exoticorum haud uulgarium numero



PROOEMIUM.

mero abundantissimis, multa obtinui-
mus, pluraque expectare iubet fauor
Eorum in nos singularis. Attamen
dissimulare hic non possum dolorem,
quem cepi ex eo maximum, quod im-
manissimum pestis contagium, Galliam
ad hunc usque diem deuastans, ab o-
mni cum eruditis istis, quorum literas
promissas frustra expecto, commercio
me excludat. Non minorem dolendi
causam dedit nobis, seminum rarissimo-
rum, inde acceptorum, iactura, quorum
plurima tempestatis iniuria non proue-
nerunt, aut, ob eandem rationem, per-
fectionem non attigerunt. Inter alia,
Parisiis ad nos missa, desideramus Aure-
lianam Canadensem, Sinensibus Ginseng
dictam, cuius semen ter quaterque, di-
uersis temporibus ac locis, sub fenestris
satum, non prodiit. Ex mimosis illa,
quae spinis horridiuscula et sensitiua
magis audit, parem fortunam subiit.
Mimosa Iamaicensis excreuit quidem,
sed non floruit. Mimosa Spinosa fru-
tescens

PROOEMIUM.

tescens, filiquis glomeratis, Plum. Catal.
 florem monstravit, semen vero non per-
 fecit. Cor Indum, nobis Vesicaria
 dictum, flore et fructu maiori, semen,
 illudque unicum, exhibuit, idem autem,
 flore fructuque minori, non item. E
 duabus, quas Polonia nobis dedit, uni-
 ca tantum superest Ananas. Aloe A-
 fricana, folio triangulari longissimo, et
 angustissimo, floribus luteis foetidis,
 quae ob floris elegantiam, inter praeci-
 pua hortorum ornamenta numerari me-
 retur, bis inde ad nos missa, in prima
 herba extincta est. Haud aequiori usi
 sumus fortuna, in educatione planta-
 rum, quarum semina Bataviae accepta
 ferimus, utpote quae pleraque, prove-
 cto iam vere terrae mandata, iniuria
 aeris frigidi interempta, non germi-
 narunt. Dabitur tamen, ut speramus,
 occasio, damnum, hac aestate perpes-
 sum, gratia atque benevolentia Viro-
 rum antea laudatorum, in posterum re-
 sarcienti. Idem etiam suadet clarissi-
 mi



PROOEMIUM.

mi Sprengelii, Medici apud Londinenses, Regiaeque Medicorum societatis, quae ibi floret, membri dignissimi, animus, in nos amicissimus. Hic uti per plures annos omnium, quae ibidem lucem aspexerunt, inuentorum novorum, atque librorum rariorum copiam nobis fecit, ita non minus semina hortorum, in Anglia celebriorum, praecipua mittere nobis promisit. Eandem quoque gratiam impetrare nos posse, confidimus, a celeberrimo Boerhauen, Professore Leidenfium famigeratissimo, cuius comitatem, in transitu per urbem illam, experti sumus singularem. Non deerit nobis praeterea, uti haecenus, ita in posterum Regis Clementissimi munificentia, quae, in promouendis, amplificandisque elegantiorum literarum studiis, sibi parem non agnoscit. Ipsa pariter alma mater, Academia nullis parcat sumptibus, ut hortus, quem ex praecipuis suis ornamentis esse, probe nouit, in flore conseruetur. Ad me quod attinet,

PROOEMIUM.

tinet, nullam ego praetermittam occasionem, qua ex omnibus terrarum angulis, quicquid rarum charumque sit, acquirere queam. Hoc unicum praeterire non possum, non raro feminanominibus minus usitatis, aut minimum a Botanicis ciuitate non donatis, ad nos allata esse, quae demum, planta florente, non noua, sed uulgaria esse, cognouimus. Ante plures annos Amstelodamo accepimus Semen Pringa Mossa, quod, uti, ob cognomen inusitatissimum, ne quidem in Menzelii indice polyglotto obuium, rarissimum iudicauimus, ita terrae idem commisimus, speciosam inde plantam expectantes. Miraberis autem, ni fallor, Lector Beneuole, si dixerim, non aliam, quam Cannam Indicam produisse. Ita inter alia ex Batauia accepta, Achy, Achzy, uel Axi nomen, capsici speciem designans, non reperissem, nisi fortuito in Pometti incidissem Materiam Medicam. Quod reliquum est, non alias, Lector amice,

B
fcias

PROOEMIUM.

scias, fuisse causas, quae ad exarandum hunc catalogum me impulerunt, praeter illas, nunc in medium producendas. Primo quidem loco, Superioribus ut studiorum atque laborum meorum, in augendo horto, et Botanice prouehenda, collocatorum, rationem redderem, aequum duxi. Deinde, Viris antea laudatis gratias persoluendas esse, iudicavi, eo, quod sua me ornare beneuolentia, et liberalitate subleuare, non dedignati sint; ut Illi intelligerent, non ingratum collata esse beneficia, Eorumque pariter operam et auxilium, in posterum nobis praestandum, expetere uolui. Tandem etiam, aliorum inferuire me posse commodis, existimaui, qui forte talia inter nostra reperire poterint, quibus ipsi destituuntur, paratissima iisdem officia promittens. En igitur catalogum, non Botanicum, methodi legibus, iuxta characterem dispositum, sed plantas, tantum ordine alphabetico enumeratas comprehendentem, ita, ut pri-

PROOEMIUM.


primo plantae annuae, post has bulbo-
sae et tuberosae, ac demum perennes
exhibeantur. In calce annuarum adie-
ci indices seminum, ex Gallia et Bata-
uia ad nos allatorum, ut pateat, quan-
tam eorum fecerimus iacturam. Quibus-
dam addidimus: planta aut species rara,
rarissimaque; quo nomine ea obtinui-
mus. Ex his tamen ista, quae proue-
nerunt, semenque tulerunt, catalogo
inferenda putavi, addito ubiuis loco,
unde illa accepimus. De cetero late-
re Te quoque nolui, in denominan-
dis plantis ubiuis usum me esse, nomi-
nibus apud nos receptis, qui Celeber-
rimi Riuii methodum fecimus nostram.
Idque propterea factum a me est, ut
tanto melius cum Indice et Prouentibus
horti, ab Heuchero olim editis, noster
conueniat. Hos ubiuis literis I. H. W.
et P. H. W. pr. et post. citauimus, ut
auditores illos tanto felicius cum hoc
conferre possent. Ultimo demum lo-
co persuasus sis, ubi hunc aequo exce-
peris

PROOEMIUM.

peris animo, in posterum me operam daturum, ut novos horti prouentus in lucem edere queam. Quod superest, me, meosque qualescunque in hoc studiorum genere conatus, Tibi, Lector Beneuole, commendatissimos uelim habeas. Vale et Faue.



PLAN-



PLANTAE ANNUAE
QUARVM SEMINA
HORTVS
WITTEMBERGENSIS
ASSERVAT.

- A** **A** **B** **V** **T** **I** **L** **O** **N** **A** **V** **i** **c** **e** **n** **n** **a** **e**.
A **C** **E** **T** **O** **S** **A** **B** **u** **c** **e** **p** **h** **a** **l** **i** **f** **e** **r** **a**, **u** **u** **l** **g** **o** **f** **o** **l** **i** **o**
 O **c** **i** **m** **i** **d** **i** **c** **t** **a**. *uid. P. H. W. post. p. 35.*
A **D** **O** **N** **I** **S** **f** **l**. **r** **u** **b** **r**. **A** **d** **o** **n** **i** **s** **f** **l**. **s** **u** **b** **r** **u** **b** **r**.
A **L** **O** **P** **E** **C** **V** **R** **O** **I** **D** **E** **s**. **m** **a** **x**. **A** **n** **g** **l** **i** **c**. **P** **a** **r** **k** **i** **n** **s** **o** **n**.
 ex herbo Amstelodamensi.
A **M** **A** **R** **A** **N** **T** **H** **V** **S** **c** **a** **u** **d** **a** **t** **u** **s** **f** **l**. **r** **u** **b** **r**.
A **m** **a** **r** **a** **n** **t** **h** **u** **s** **c** **a** **u** **d** **a** **t** **u** **s** **f** **l**. **l** **u** **t**.
A **m** **a** **r** **a** **n** **t** **h** **u** **s** **c** **a** **u** **d** **a** **t** **u** **s** **f** **l**. **p** **u** **r** **p**.
A **m** **a** **r** **a** **n** **t** **h** **u** **s** **c** **r** **i** **s** **t** **a** **t** **u** **s** **f** **l**. **p** **u** **r** **p** **u** **r** **a** **s** **c**.
A **m** **a** **r** **a** **n** **t** **h** **u** **s** **c** **r** **i** **s** **t** **a** **t** **u** **s** **f** **l**. **r** **u** **b** **e** **n** **t**.
A **m** **a** **r** **a** **n** **t** **h** **u** **s** **G** **a** **n** **g** **e** **t** **i** **c** **u** **s** **a** **n** **g** **u** **s** **t** **i** **f** **o** **l**. **s** **p** **i** **c**. **s** **i** **m** **p** **l**.
 p **u** **r** **p** **u** **r**.
A **m** **a** **r** **a** **n** **t** **h** **u** **s** **g** **l** **o** **b** **o** **s** **u** **s**.

B 2

Amaran-

- Amaranthus max. coccin. elegans Parkinſ.
ex horto Amſtelodamenſi.
 Amaranthus ſpicatus fl. lut.
 Amaranthus ſpicatus fl. purpur.
 Amaranthus tricolor.
 ANAGALLIS Hiſp. latifol. fl. max. Inſt. R. H.
ex Horto Pariſienſi.
 ANGELICA fativa.
 ANONIS fl. lut.
 Anonis Luſitanica, fl. purp. ſpicat. Aliis Anonis
 Alopecuroides. *uid. P. H. W. pr. p. 65.*
 ASTER. fl. lut. min.
 ASTEROIDES fl. lut.
 ASTRAGALVS Canadenſis.

B.

- B**ALSAMINA fl. alb.
 Balfamina fl. coerul.
 Balfamina fl. rubr.
 BLITVM Americanum, Spica viridi fl. rubr.
 BORRAGO fl. alb.
 Borrago fl. coerul.
 BOTRYS Ambroſioides. Ex ſententia Clariff.
 Boerhaven potius Chenopodium Ambroſioides
 dicendum. *uid. Ind. H. L. II. 90.*
 BVGLOSſOIDES Cretica, male Bugloſſum, uel
 Borrago Cretic. *uid. P. H. W. pr. p. 52.*

C.

- C**ALCATRIPPÆ varia genera.
 CALENDVLA Africana.
 Calendula Africana humilis fl. intus albo, foris
 violaceo.

Calen-

- Calendula magna fl. lut.
 Calendula prolifera.
 Calendula fl. lut. plen.
 CAMPOIDES.
 Campoides hispida. *Ruin. T. II. tab. 94.*
 CANNA INDICA fl. lut.
 Canna Indica fl. variegat. Semen huius sub nomine Pringa Mossa aliquando accepimus.
 CAPSICVM fructu luteo.
 Capsicum fructu rubro maiori.
 Capsicum fructu rubro minori.
 CARDAMINDVM maius fl. lut.
 Cardamindum minus fl. lut. Nasturtii Indici nomine vulgouenit. *uid. I. H. W. p. 40.*
 CARDVVS Lusitanicus.
 Carduus Mariae fol. argent.
 Carduus stellatus, flore purpur. Aliis Iacea *uid. P. H. W. pr. p. 72.*
 CARYOPHYLLVS simpl. fl. rubro.
 Caryophyllus barbatus, vulgo Carthusianus, aut Armeria. *uid. P. H. W. pr. p. 38.*
 Caryophyllus barbatus fl. alb.
 CARVVM maius, *Species rara ex Horto Amstelodamensi.*
 CARTHAMVS.
 CAUCALIS, maxima, Tingitana.
 CEDRONELLA fl. magno. Alias Citrago, male Melissa. *uid. I. H. W. p. 27.*
 Cedronella fl. minori alb.
 Cedronella fl. minori coerul.
 CERINTHE fl. lut. *ex borso Amstelodamensi.*
 Cerinthe fl. lut. et purpur. variegat.
 CHENOPODIUM lini folio uilloso. Alias Belvedere, uel Scoparia, *uid. P. H. W. pr. p. 86.*

Che-

Chenopodium fragiferum, aliis Chenopodiomorus. uid. P. H. W. pr. p. 86.

CHONDRILLA fl. rubr.

CHRYSANTHEMUM fl. alb.

Chrysanthemum fl. lut.

COCHLEARIA.

COCHLEATA, fructu orbiculato.

Cochleata fructu scutellato

Cochleata fructu turbinato.

Cochleata fructu tornatili.

Cochleata fruct. echinato, uocatur alias Medica cochleata uid. I. H. W. p. 34. et fructus uarietas apud Riv. T. II. tab. 86.

CONVOLVULYS Americanus. fl. coccin. minor.

Conuoluulus fl. carneo.

Conuoluulus Hispanicus fl. persico Sem. alb.

Conuoluulus fl. pallide coeruleo.

Conuoluulus fl. roseo.

Conuoluulus repens fl. coerul. minori.

Conuoluulus non conuoluulus fl. coerul.

Conuoluulus non conuoluulus fl. albo.

CORONA SOLIS fl. lut. plen.

Corona Solis fl. Sulphur. plen.

COTYLA, Africana calice eleganti caesio. ex horto Parisiensi.

CYANVS floridus odoratus Turcicus fl. albo.

Idem fl. lut.

Idem fl. purpur.

Idem fl. uariegat.

D.

DATVRA. fl. alb. simpl.

DAUCVS maritimus lucidus Tournefort. ex horto Amstelodamensi.

F. FA-

F.

FABA alba, maculis notata.

Faba alba minor.

Faba Graeca Syluestris.

Faba Graeca, fl. lut.

Faba Indica, fl. coccin.

FALCATA, Alias Medica Falcata. *uid. 1. H. W. p. 34.*

Falcata, fol. Anthyllis. *Ruin. T. II. tab. 85.*

FOENUGRAECVM.

G.

GERANIVM, fl. alb.

GLASTVM.

GLAUCIVM, fl. lut.

Glaucium, fl. rubr. vulgo papauer corniculatum.

uid. P. H. W. pr. p. 29.

GNAPHALIVM, fl. lut.

H.

HEDYSARVM, fl. albo.

Hedysarum, fl. rubro. Communiter Hedysarum
clypeatum. *uid. 1. H. W. p. 35.*

HELIANTHEMVM, fl. pallide luteo, male Cistus
annuus. *uid. P. H. W. pr. p. 42.*

HIERACIVM barbatum.

Hieracium, fl. luteo.

HORMINVM Boëticum.

Horminum hortense, fl. alb.

Horminum vernum.

Horminum, fol. fusc.

C

Hor-

Horminum, fol. acut. tenuiori. Vulgo Sclarea,
quo nomine hoc ex horto Amstelodamensi
accepimus.

HVOSCYAMVS albus, umbilico nigro.

I.

IACEA, fol. spinos. fl. luteo.

Iacea, fol. aspero, fl. coccin.

IACOBAEA Africana, fl. purpur. elegant. *ex horto
Amstelodamensi.*

L.

LATHYRVS, fl. albo, filiqua latiori.

Lathyrus, flore coeruleo, filiqua latiori.

Lathyrus, fl. rubro.

Lathyrus Tingitanus, fl. ampl. rubro.

Lathyrus Ital. fl. luteo.

Lathyrus, fl. purpur. *ex horto Amstelodamensi.*

Lathyrus Syluestr. maior.

LAVENDVLA multifida, fl. alb.

Lauendula multifida, fl. coerule.

LOTVS tetragonolob., fl. rubr.

Lotus tetragonol. fl. varieg. *ex horto Amstelodamensi.*

Lotus, Siliqu. arcuat. Riuin.

LVPINVS, fl. alb.

Lupinus, fl. coerule. mai.

Lupinus, fl. coerule. min.

Lupinus, fl. lut.

Lupinus peregrinus pentaphyll. *ex horto Amstelodamensi.*

LYCHNIS, African. Pseudomelanth. simil.

Lychnis hirsuta minor, fl. varieg.

Lychnis

PLANTAE ANNUAE.

Lychnis, fl. rubr. min.

Lychnis, fol. perfoliat.

Lychnis Lusitanica picta.

Lychnis odorata.

LYCOPERSICVM fruct. mai. rubr.

Lycopersicum, fruct. min. rubr. Vulgo Pomum

amoris. *uid. l. H. W. p. 9.*

LYSIMACHIA luc. mai. Virgin.

M.

MALVA crispa.

Malva, fl. rubr.

Malva Oriental. fl. purp.

MELILOTVS odoratus, fl. coerul.

MESEMBRIANTHEMVM margaritiferum. Aliis

Ficoides margaritifera. *uid. P. H. W. pr. p. 48.*

MIRABILIS, fl. alb.

Mirabilis, fl. luc. punctat.

Mirabilis, fl. rubr. Vulgo Flos Admirabilis *uid. P.*

H. W. post. p. 1.

MOLDAVICA orientalis. *ex herbo Amstelodamensi.*

MOMORDICA, fruct. rubr. rotund.

MVSCIPVLA, fl. alb.

Muscipula, fl. rubr. audit vulgo Lychis viscosa,

item centaurium minus. *uid. l. H. W. p. 18.*

N.

NASTVRTIVM.

NICOTIANA sylv. fl. luc.

NIGELLA, fl. alb. plen.

Nigella, fl. coerul. plen.

C 2

O.

O.

OCIMVM, fl. alb.
 Ocimum, fl. alb. obfolet. carn. fol. mai. nigric.
 Ocimum, fl. alb. odore Meliff.
 Ocimum, fl. alb. fol. oblong.
 Ocimum, fl. alb. minus.
 Ocimum, fl. alb. fol. magn. pict.
 Ocimum, fl. carneo,
 Ocimum crispum.
 Ocimum, fol. non maculat.
 Ocimum, fl. pallide puniceo.

P.

PPAPAUER, fl. alb. et rofeo friat.
 Papauer, fl. rubr. friato, maius.
 Papauer, fl. rubr. friato, minus.
PERFOLIATA.
PHALARIS.
PHASEOLVS, Indicus fl. coccin.
PISVM.
 Pifum, fol. coluteae.
PVLMONARIA, fl. alb.
 Pulmonaria, fl. coerul.

R.

RANUNCVLVS echinatus Creticus.
RICINVS.

S. SCA-

S.

- SCABIOSA**, fl. alb. fem. stellat.
 Scabiosa, fl. coerul.
 Scabiosa, fl. coerul. prolifera.
 Scabiosa, fl. purpur. prolifera.
 Scabiosa, fl. rubr.
 Scabiosa, fl. subrubr.
 Scabiosa, fl. saturate uiolaceo.
 Scabiosa maxima Virgin. fol. Agrimon.
SECURIDACA, fl. lut.
SESAMVM.
SICOYDES.
SINAPL.
SONCHVS minor, fl. lut.
 Sonchus Orientalis, fl. lut. Aliis Sonchus Africa-
 nus, *uid. P. H. W. pr. p. 78.*
STOEBE, fl. alb. *ex hortis Amstelodamens.*
 Stoebe, fl. rubr.

T.

- TAGETES**, fl. min.
 Tagetes, fl. sulphur.
 Tagetes, fl. lut. pleno.
 Tagetes, fl. lut. fistuloso pleno.
THLASPIDIVM Creticum, fl. alb. magno.
 Thlaspidium Creticum, fl. alb. minor.
 Thlaspidium Creticum, fl. purp. Alias Thlaspi
 Creticum umbellatum. *uid. I. H. W. p. 35.*

C 3

THLA-

THLASPI candidam, fl. coerul. *ex horto Amstelodamensi.*

TORDILIVM Syriacum, fl. alb.

Tordilium Narbonense minus, *ex horto Amstelodamensi.*

V.

VESICARIA, ampliori folio, fructu maiori. Vulgo Cor Indum; alias Pisum cordatum, uel Halicacabum peregrinum. *uid. P. H. W. post. p. 57.* Hoc, ex horto Parisiensi acceptum, unicum tantum semen maturum praebuit.

UMBILICATA, seu Omphalodes, uulgo Linum umbilicatum; quo nomine etiam idem ex horto Amstelodamensi accepimus. *uid. I. H. W. p. 3.*

SEMI-

(II)

SEMINA
EX
HORTO
PARISIENSI.

ACCEPTA.

- A**butilon Indicum Camerar. Hort.
Alcea peregrina, ribesii folio.
Alysson Saxatile, foliis sinuatis incanis Cor.
Inst. R. Herb.
Alyssoides fruticosum Leucoii, folio uiridi. Inst.
R. H.
Anonis Americana, fol. latiori subrotundo. Inst.
R. H.
Apium Macedonicum. C. B. Pin.
Ascyrum erectum, salicis folio, maximo flore. Inst.
R. H.
Asphodelus, foliis fistulosis.
Asteriscus maritimus perennis patulus. I R. H.
Aster, Asteri montano, uel globulariae similis. Ioh.
Bauh.

Aure-

Aureliana Canadensis, Sinensibus Ginseng, Iroques Garentoguen, La fitéau.

Barba Iouis Lagopoides Cretica frutescens incana, flore spicato purpureo. Breyn. Prodrum. I. Ebenus Cretica Alpin.

Bermudiana, Iridis folio, fibrosa radice. I. R. H.

Catanance quorundam Lugdunensium.

Cassida orientalis, Chamaedrios, folio, flore luteo.

Centaurium maius incanum, helenii folio. I. R. H.

Chaerophyllum Siculum, Sophiae folio, sem. uilloso. I. R. H.

Colutea Aethyopica, fl. purp. Breyn. Cent. Colutea uesticaria minor.

Cor Indum, folio et fructu minor.

Leucanthemum mont. Absynth. fol. Vaill.

Mimosa Iamaicensis

- - Spinis horridiuscula, et sensitiua magis. H. R. Paris.

- - Spinosa frutescens, siliquis glomeratis. Plumier. Catal.

Verbascum orientale, Sophiae folio. Cor. I. R. H.

SEMI-

SEMINA
EX
HORTO
AMSTELODAMENSI.
MISSA.

Achy, uel Axi, piper Indic.
- - - fructu longiori.
Adonis hortensis fl. minori atrorubente.
- - - - - fl. lut.

An, centaurium minus.

Alcea uescaria Veneta, fl. glabro.
- - - - - fl. tristi.

Antirrhinum, fl. alb.

Bellidis species.

Calcar galli, mespili species. loyt dis jaar lang in
aards, ter het opkomt; id est, per totum an-
num terra sepultum manet, antequam emer-
gat. Huius ergo prouentum sequenti anno
expectamus.

Chamomilla montana hort. Cath.

Chamaedrys hisp. frutescens.

Chrysanthemum fl. alb. plen.

Conyza palustris minima, fl. globoso. Tournef.

Corona folis, fl. plen. aur. Ind.

Cuminum Syluestre.

Flos Solis, fl. sulphur. sem. alb.

Fumaria, foliis magis cinereis.

Gramen Barcinonense Tournef.

D

Hie-

14 SEMINA AMSTELODAMENSIA.

- Hieracium hortense, fl. atro purpurasc.
 - - Species rara.
 Jalappa, fl. purpur.
 Ionthlaspi, herba rarissima.
 Laferpitium.
 - - alia species.
 Lathyrus, fl. alb. et coerul.
 Malua, fl. rubr. fol. Beton.
 Myrrhis odorata.
 Nardus Bohemica, fl. alb.
 Nasturtium Indicum, fl. rubr. maculato.
 Nigella Bohemica.
 Ocimum odore gratissimo.
 Persicaria orientalis, Nicotianae fol. fl. purp. Tournef.
 - - - - - calice purp. Tournef.
 Pilofella Ind. Camerar.
 Ptarmica, fl. alb.
 - - fl. purpur.
 Ranunculus, sem. magis disiuncto.
 - - echinatus aruensis seminibus magis
 echinatis.
 Rubia cynanchica saxatilis minor.
 Scorzonera, sem. in sphaeram disposito, planta rariss.
 Senecio Attic. uulgaris similis, petalis vix conspicuis,
 fl. radiato, planta rara.
 Thalictrum maius C. B. P.
 Thlaspi bicutatum.
 Vicia multiflora.
 Haec omnia semina, cum plurimis aliis, quorum
 nomina non apposita fuerunt, inclementia aeris
 in terra suffocata, interierunt. Alia quidem pro-
 uenerunt, sed aut florem nullum monstrarunt,
 aut semen non perfecerunt. PLAN-

(15)

PLANTAE BVLBOSAE
ET TVBEROSAE
H O R T I
WITTEMBERGENSIS.

ARVM.
BRYONIA, fl. rubro.
CORONA IMPERIALIS, fl. luteo.
Corona Imperialis, fl. rubr. simpl.
Corona Imperialis, fl. rubr. plen.
COLCHICVM, fl. albo.
Colchicum, fl. luteo.
Colchicum, fl. purp. simpl.
Colchicum, fl. purp. plen.
CROCVS autumnalis.
Crocus uernalis, fl. albo.
Crocus uernalis, fl. luc.
Crocus uernalis, fl. flammeo.
Crocus uernalis, fl. uiolac.
FRITILLARIA, fl. albo.
Fritillaria, fl. punctato.
GLADIOLVS, fl. rubr.

D 2

HVA-

16 PLANTAE BVLBOSAE ET TVBEROSAE.

HYACINTHI uaria genera.

Hyacinthus Botryoides.

Hyacinthus Muscari.

Hyacinthus tuberos.

Hyacinthus fl. plen.

Hyacinthus stellarus, fl. alb. f. Liliohyacinthus.

Hyacinthus Iunci foliis, Ioinquilles.

IRIS, uaria genera.

Iris bulbosa, fl. flauo.

Iris tuberosa Florentina, fl. alb.

LILIVM, fl. albo.

Lilium, fl. lut.

LILLASPHODELVS, fl. luteo.

LEUCOIVM bulbosum maius, fl. alb.

Leucoium minus, fl. alb.

MARTAGON, fl. alb.

Martagon, fl. lut.

Martagon, fl. coccin.

Martagon, fl. rubr.

MOLY.

NARCISSVS fl. alb.

Narcissus, fl. lut.

RANVNCVLVS prolifer, fl. lut.

TVLIPAE uaria genera.

PLAN-

PLANTAE PERENNES
 QUAS
 HORTVS
 WITTENBERGENSIS

ALIT.

A.

- A**CACIA Afric. latifol. spina longissima.
 Acacia Afr. fol. min. spina breviori.
ACANTHVS, Aliis Branca ursina.
ACETOSA Afric. arboresc.
ALOE Americ. maior, folio mucronato.
 Aloe Americ. minor. folio tenuiori.
 Aloe Afric. foliis glaucis, margine et dorfi parte su-
 periori spinosis *H. A. P. II. c. XII. p. 23.*
 Aloe Afric. flore rubr. fol. triangulari et uerrucis
 ab utraque parte albicantibus notato. *Horr.*
Amst. P. II. c. X. p. 17.
 Aloe Afric. fol. in summitate triangulari margari-
 tifera, fl. subuiridi *H. A. P. II. c. X. p. 19.*
 Aloe Africana margaritifera minor. *H. A. P. II. c. XI.*

p. 21.

D 3

Aloe

Aloe Africana folio breuissimo crassissimoque triangulari, aliquantum pellucido, fl. subuiridi
H. A. P. II. p. II.

Aloe Africana caulescens, maculis albis picta, succo foetidiori.

Aloe Africana caulescens, foliis latioribus, et breuioribus, spinosis, maculis, ab utraque parte albicantibus, obscurioribus.

Aloe Africana, foliis glaucis, pinguioribus, acuminatis, caulem amplectentibus, aculeis in margine rubellis.

Aloe Afric. perfoliata, foliis multum recuruis, alternatim positis, in margine aculeatis.

Aloe Africana, fol. non maculoso, in mucronem latiore abeunte.

Aloe Africana, fl. ex rubro et uiridi uariiegato, cum apicibus albis, folio, maculis albicantibus ab utraque parte notato, et in mucronem latiore abeunte, prolifera.

Haec admodum iuuenis in hortum nostrum illata, per plures annos inter alias conseruata est, eiusdem uero specialem, et ab omnibus reliquis diuersum crescendi florendique modum, nemo hactenus obseruauit, forte quia non floruit. Quamobrem ego, rei adeo singularis admiratione captus, illius iconem, aeri incisam, huic catalogo praemittere uolui, eam praecipue ob causam, quoniam nihil de eo apud Auctores Botanicos, qui mihi ad manus fuerunt, consignatum reperire potui. Occurrunt quidem apud Hos Aloes Americanae soboliferae, quarum tres recenset Tournefortius, eam nimirum quam descripsit et delineauit Hermannus,

Hort.

Hort. Lugdun. p. 16. 17. alteram spinis paucioribus, tertiam foliis eleganter variegatis, quarum ultimarum imagines Prodromus Paradisi Bataui sistit. At nostra cum his nil habet commune. Nam Sobolifera illa, ab Hermanno delineata, e caule primario plures emittit ramos laterales; non tamen, uti reliquae, flores sparsos, sed in summitate ramorum in capitula collectos gerit. Erumpunt praeterea in ea ad singularum capsularum exortus, aliquando etiam ad ramorum et foliorum sinus, novae soboles, quae avulsae, et in terram dejectae, nullo negotio excrefcunt, unde nomen soboliferae eidem est impositum. Nullae autem soboliferae, aut proliferae inter Africanas recensentur. At enim uero Aloe nostra, aliter ac omnes reliquae, nullum caulem profert floriferum, sed huius loco, tantum exhibet iuniores plantas, caulibus suis insistentes, ex quibus demum caules floriferi proueniunt. Exfurgunt quippe, e medio duorum foliorum interstitio, proles iuniores, interdum una, in figura lit. f. notata, quandoque binae, lit. b. unico cauli, lit. c. insistentes. Caulis hic communis primum tenuior et herbaceus est, sed cum Aloe adolescente successiue crassior et lignosus euadit, longitudine digito, crassitie apici minimi digiti aequalis, quoad colorem rubellus, et maculosus. Ex iuniori illa planta egerminat gemmula, lit. e. quae postmodum caulem floriferum, lit. d. tenuiorem, et magis herbaceum, iridem tamen rubentem praebet. Constantem autem hunc in Aloe nostra esse ordinem, ut ipsa nunquam floreat, proles tamen iuniores florentes producat, confirmat

non

non tantum altera illa proles, lit. f. inter alia duo folia enata; sed etiam plures, inter reliqua folia prorumpentes, quas, ob tenuitatem, in oculos non incurrentes, in figura exprimere non potuimus. Hanc igitur Aloen proliferam nuncupandam esse, duxi, ut ea a foboliferis illis, cum quibus penitus non conuenit, distingui queat. Neque enim illius proles, uti harum foboles, ab adulta separari, et terrae mandari possunt, ut excrecant. Profert tamen illa non minus foboles suas, non ex caule, sed ex radice propullulantes, quales nostra quamplures monstrat. Equidem nullatenus me fugit, proliferi nomen ad flores magis a Botanicis referri, quo insigniuntur isti, qui nouos stilos floriferos emittunt. Solius ergo distinctionis gratia proliferam nostram appellauit, quoniam ea maxime differt a fobiliferis. Ratione foliorum, ea de cetero pertinet ad illas, quarum folia abeunt in mucronem latiore, ac ideo, quod linguam anserinam referant, Germanice Zungen Aloen uocantur. Margo foliorum, praecipue circa mucronem, tenuis, acutus, et transparentis, leuiterque crenatus est. Folia ipsa, ex utraque parte maculis copiosis albicantibus, in iuniori planta planis, in adulta eminentibus ornantur, iisdem tamen in aliis locis rarioribus, in aliis magis congregatis. Folia iuniorum cum matris foliis exacte conueniunt; illius uero, ex gemellis, quae hoc anno floruit, rubore perfusa marcescunt, et crispantur.

ANANAS.

ANDROSAEMVM.

ANTIRRHINVM, uaria genera.

APIVM

- APIVM** hortense.
APOCYNVM African. arborefc. falicis folio.
Apocynum African. fl. Aurant.
AQVILEGIA, uaria genera.
ARBOR VITAE.
ARISTOLOCHIA Cretica.
ASARVM.
ASCLEPIAS Africana Aizoides maior.
Asclepias Afr. Aizoides minor.
Asclepias humilis, Aizoides monstrosa, cristata.
 Male Fritillaria crassa, male apocynum. *uid.*
P. H. W. pr. p. 6. et post. pag. 5.
ASPHODELVS Siculus, fl. minori albo.
ASTER Atticus, fl. coerul. autumnalis.
Aster, fl. alb.
Aster, fl. coerul.
Aster, fl. luc.
AVRANTIA, uaria genera.
AVRICVLAE, uaria genera.

B.

- BELLADONA**. Alias solanum spinosum arbo-
 rescens. *uid. P. H. W. post. p. 28.*
BELLIS, fl. alb. fistuloso.
Bellis, fl. rubr. fistuloso.
Bellis, fl. alb. pleno.
Bellis, fl. rubr. simplici.
Bellis, fl. rubr. mai. pleno.
Bellis, fl. rubr. min. pleno.
BRYONIA Americana, fl. luteo.
Bryonia Americana, fl. rubr.
Bryonia Zeilanica fructu uiridi lineis lacteis on-
 nato.
Bvxvs arborefcens fol. in margine picto.

E

Buxus

Buxus arborefcens fol. friato.

Buxus arborefcens vulgaris.

CALCATRIPPA varia genera. Alias Delphinium.

CAMARATINGA, fl. lut.

Camaringa, fl. variegato. Alias Pseudo Viburnum Americanum, male Viburnum Americanum. *uid. l. H. W. p. 29. et P. H. W. pr. p. 58.*

CAMPANULA Mariana, Male Viola Mariana, fl. albo.

Campanula Mariana, fl. coerul.

Campanula maior siue pyramidalis.

Campanula minor rad. esculenta, fl. alb.

Campanula minor radice esculenta, fl. coerul.

CAPRIFOLIUM Virginian. fl. coccin.

CARDINALIS coccineus.

CARYOPHYLLUS, varia genera.

Caryophyllus, Spicam frumenti referens, fl. ex alb. et rubr. variegat.

Rarissima ac plane nota haec caryophylli species, hoc ipso anno ex Polonia ad nos allata est, quae etiam floruit. Conuenit ea in omnibus cum reliquis caryophyllis, nec ulla ratione ab ipsis differt, praeterquam quod cauliculi in summitate spicam squamosam oblongam, spicae frumenti plane similem, referant, ex qua postmodum flos erumpit. Inde est quod uocetur caryophyllus, spicam frumenti referens, Germ. Die Korn-Nelcke. Sunt uero hae spicae nihil aliud, quam luxuriatio capsularum inferiorum, seu multiplicatio superacrescens, ita sentiente Auctore Actorum Breslauenisium *A. 1719. Mens. Mai. Class. IV. A. V.* ubi etiam figura illius exhibetur.

CEREVS

- CEREVS** maior.
CISTVS, fol. Salu. fl. purp.
CITRVS, uaria genera.
CORONA SOLIS perennis, fl. lut.
CORONILLA, fl. albo.
Coronilla, fl. coerul.
COTYLEDON Afric. arborefcens, folio longo et angusto, fl. flauefcente.
Cotyledon Afric, arborefc. foliis minoribus crassifimis uiridioribus minutissime punctatis.
CVPRESSVS, mas.
Cupressus, femina.
CYSCVTA.

D.

- D**ACTYLVS.
DICTAMNVS, Creticus.
DIGITALIS, fl. alb.
Digitalis, fl. purpur.

E.

- E**CBOLIVM.
ELICHRYSVM African. uid. P. H. W. pr. p. 70.
EPHEMERVM, fl. coerul.
ESVLA, arborefcens.
Efula caule crasso, Riuin. T. II. tab. 13.
Efula maior cataputia dicta.

F.

- F**ICVS.
FICOIDES. uid. Mesembrianthemum.

G.

- G**ENISTA Hispanic. fl. alb.
Genista Hispanica, fl. lut.
GENTIANELLA, fl. coerul.

E 2

GERA-

- GERANIUM Afric. fol. obscurius uirente, circulo
nigricante picto, non hirsuto.
Geranium, fol. mai. fl. coccin.
Geranium, fol. uiris odore Melissae.
Geranium Afric. triste, Aliis Geranium noctu-
olens.
Geranium, Afr. fol. Coriandri.
Geranium Creticum acu longissima.
Geranium fol. profunde inciso, obscure picto,
fl. carn.
Geranium, fl. coerul.
Geranium, fl. rubr. pallido striato, folio Nigellae.
GLAUX, fl. spicato pallide sulphureo.
GlauX minor, fol. Afari.
GRANADILLA, fl. mai. uulgo Flos Passionis. *uid.*
I. H. W. p. 49. et P. H. W. pr. p. 76.
GRANATVS, fl. simpl.
Granatus, fl. plen.

H.

- HEDERA uulgo Hedera arboresc. fol. ex alb.
et uiridi colore uariegato.
HELLEBORVS albus, flore nigro.
Helleborus niger, flore albo.
Helleborus niger, fl. uiridesc.
Helleborus niger, fl. uiridi.
HEPATICA, fl. coerul. simpl.
Hepatica, fl. coerul. plen.
Hepatica, fl. rubr. plen.
HESPERIS montana, pallida, odoratissima. Alias
Hesperis noctu olens. Male uiola matronalis,
uid. P. H. W. pr. p. 31.

IACOBAEA marina.

IASMI-

IASMINVM Azoticum trifolium, fl. alb. odoratis-
simo.

Iasminum, Catalonicum.

Iasminum, fl. alb.

Iasminum Indicum flavum odoratissimum.

Iasminum, fl. lut. inodorum.

IASMINOIDES.

K.

KETMIA Arabica, fl. alb.

Ketmia Arabica, fl. rubr.

KEYRI, fl. lut. simpl.

Keyri, fl. lut. plen.

L.

LAURVS Officinarum.

Laurus Tinus.

LAVROCERASVS

LEONVRSVS, fl. miniato maiore.

LEVCOIVM, fl. plen. uarii coloris.

LIMONIVM maritimum.

LYCHNIS Chalcedonica, fl. coccin. simpl.

Lychnis Chalcedon. fl. coccin. plen.

Lychnis coronaria, fl. alb. simpl.

Lychnis coronaria, fl. rubr. simpl.

M.

MAIORANA perennis.

MALVA arborefcens.

MARVM Syriacum.

Marum uerum.

MATRICARIA, flor. alb. plen.

Matricaria, fl. alb. fistuloso.

MESEMBRYANTHEMVM erectum arborefcens

caule lignoso, folio tereti, fl. candido, inter-

diu clauso, noctu aperto.

E 3

Mesem-

- Mesembryanthemum Africanum arborescens geniculado caule, folio uiridi crassiori.
 Mesembryanthemum Africanum rectum teretifolium in apice stellatum.
 Mesembryanthemum Afric. procumbens teretifolium summitatibus foliorum spinosis, spinulis in stellam dispositis.
 Mesembryanthemum, fol. triangulari, ensiformi, in apice spinoso, procumbens.
 MYRTVS, fol. argenteo.
 Myrtus, fol. aureo.
 Myrtus, foliorum extremis in cristam abeuntibus.
 Myrtus, fol. maximo.
 Myrtus, fol. maiori.
 Myrtus, fol. oblong. caule rubescente.
 Myrtus, fol. Rorismarin.
 Myrtus, fl. plen.

N.

- N**APELLVS, fl. coerul.
 Napellus, fl. flau.
 NERIVM, fl. alb.
 Nerium, fl. incarnato odorato.
 Nerium, fl. rubr.
 Nerium, fl. rubr. plen. uulgo Oleander.

O.

- O**PVNTIA maxima, folio spinoso longissimo et latissimo.
 Opuntia, fol. maiori oblongo.
 Opuntia, fol. oblong. latiori.
 Opuntia, folio tereti spinosissimo.
 Opuntia, folio tereti minori. Alias Tune, male
 Ficus Indica *uid. l. H. W. p. 22. et P. H. W. pr. p. 50.*
 OCIMASTRYM, fl. rubr. pleno.

PAPA-

P.

- P**APAVER perenne, fl. coccin. simpl.
PALIVRVS seu Spina Christi.
PHALANGIVM Africanum foliis cepaceis, fl. spicatis aureis, communiter Aloe Asphodelus.
PHYTOLACCA, vulgo Amaranthus baccifer.
PIMPINELLA maxima.
POLEMONIVM, fl. alb.
 Polemonium, fl. coerul. Alias Valeriana Graeca.
POLYGONATVM, fl. pleno odorato. vulgo Sigillum Salomonis.
PRIMVLAE, varia genera.

R.

- R**OSMARINVS.
ROSA, fl. lut. simpl.
 Rosa, fl. lut. plen.
 Rosa Moschata.
RVTA Africana maxima.
RVSCVS Alexandrin. Alias Laurus, Alexandrina.

S.

- S**ABINA mas.
 Sabina femina.
SALVIA latifolia, per limbum crispa.
 Salvia arborefcens ex luteo et uiridi uariegato.
 Salvia tricolor Anglic.
SANTOLINA, fl. sulphur. Male abrotanum femina, aut cupressus herba.
SAPONARIA, fl. alb. plen.
SEDVM, arborefcens.
 Sedum arborefcens, fol. portulac. min.
 Sedum African. frutescens maius, foliis orbiculatis, limbo purpureo cinctis.

Sedum

Sedum Africanum arborefcens rofeum, foliis uiridibus obtufis, rofae in morem difpofitis.

Sedum folio latiori rotundo, in fummitate Maioranam arborefcentem referens.

Sedum, crispum.

Sedum minimum, feu uermicularis.

SICILIANA, uulgo Androfaemum maximum
quafi frutefcens. *uid. L. H. W. p. 17.*

SILIQVA, arbor.

SILIQVASTRVM, uulgo Arbor Iudae.

SOLANVM arborefcens fructu corallino.

SPECVLVM VENERIS.

T.

TAXVS.

TITHYMALVS, maior.

Tithymalus, minor.

TRACHELIVM, fl. alb.

Trachelium, fl. coerul.

Trachelium maius, fl. alb. plen.

Trachelium maius, fl. coerul. plen.

V.

VITEX.

VLMARIA.

VMBILICVS Veneris dictus, fl. eleganter punctato maior.

Vmbilicus ueneris minor. Refertur alias ad Saxifragias.

Y.

YVCCA gloriofa.





Explicatio Figurae.

- a. Aloe adulta, ex qua propullulant proles iuniores.
- b. Proles gemina, seu Aloes duae iuniores, cauli communi insistentes.
- c. Caulis, binas illas aloes iuniores sustinens, quarum altera hoc anno floruit, altera rudimentum noui caulis floriferi, gemmae forma, in medio foliorum monstrat.
- d. Caulis florifer alterius Aloes iunioris.
- e. Rudimentum caulis noui floriferi, ex altera aloe iuniori, gemmae forma egerminans.
- f. Alia proles iunior, intra alia duo folia Aloes adultae exsurgens.
- g. Caulis huius prolis iunioris.





Experimenta Fibræ

- a. Aque aditus, ex qua procedunt prole juniores
- b. Prole generatim prole juniores, cum continet
in se juniores
- c. Cuius generis sunt prole juniores, quæ sunt
cum prole juniores, quæ sunt cum prole
juniores, quæ sunt cum prole juniores
- d. Cuius generis sunt prole juniores, quæ sunt
cum prole juniores, quæ sunt cum prole
juniores, quæ sunt cum prole juniores
- e. Cuius generis sunt prole juniores, quæ sunt
cum prole juniores, quæ sunt cum prole
juniores, quæ sunt cum prole juniores
- f. Cuius generis sunt prole juniores, quæ sunt
cum prole juniores, quæ sunt cum prole
juniores, quæ sunt cum prole juniores
- g. Cuius generis sunt prole juniores, quæ sunt
cum prole juniores, quæ sunt cum prole
juniores, quæ sunt cum prole juniores



Explicatio Figurarum.

- a. Alce adhaerens, ex qua propagantur proles iuniores
- b. Proles geminae, seu Alces haec iuniores, caeli co
munitate.
- c. Caelus, quare illas Alces iuniores sustinet, dicitur
quod hoc anno horum Alces rudimentum non
est horum, geminae forma, in medio sol
est.
- d. Caelus, quare illas Alces iuniores.
- e. Caelus, quare illas Alces iuniores, horum, ex Alce Alce
est, quare forma geminae.
- f. Alce, quare iunior, inter illa duo folia Alce
est.
- g. Caelus, quare proles iunior.



Pon Yë 3945 ✓


ULB Halle 3
001 927 906


sb

N.G.

WIP





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

CATALOGVS LIBRARVM

IN PRIMIS
EXOTICARVM
LIBRARVM
ACADEMICI
WITTENBERGENSIS
SUM AUDITORUM

EXTA SERIEM ALPHABETICAM
ADORNATUS

A B

PHAMO VATERO

PH.D. DOCT. ET PROF. PVBL.
PHYSICAE ET BOTAN. SVBSTITVT.
PHYSICAE ET NAT. CVR. COLL.



WITTENBERGAE
VAM GERDESIAE. 1722.

4

